

13.)

1978

M

488

NUPTIIS

*Reverendi, Doctissimi Viri,*

**Dn. ANDREÆ**

**VVICHMANNI,**

*Ecclesiæ Stolbergensis Diaconi*

*vigilantissimi, ejusdemq; Chori*

*Collectoris fidelissimi &c.*

**S P O N S I,**

*&*

*Lectissima, Pudicissimaq; Virginis,*

**VERONICÆ WEBERIN,**

*Spectatissimi Viri,*

**Dn. KILIAN VWEBERS,**

*Senatoris & Cancellarii Stolbergensium*

*integerrimi, JULIÆ dilectissimæ,*

**S P O N S Æ,**

*Gratulantur Domini factores*

*Com. patres & Amici,*

**Celebratis Stolbergæ, Prid. Id. Octobr.**

*Anno, quo*

**Andreas VVigMannVs & Veronica VVebers fVere SponsI.**

**N O R T H U S I I,**

*Excudebat Joh. Erasmus Hynitzsch.*



Kapsel 78M 488 (13)

AV



VOTUM NIPTIALE,

*In honorem Reverendi ac Doctissimi Viri,*

Dn. ANDREÆ VVICHMANNI,

Diaconi Stolbergens. SPONSI,

*Et lectissima Virginis*

V E R O N I C Æ,

*Prudentissimi Viri,*

Dn. C H I L I A N I V V E B E R I,

Camerarii Senatus Stolbergens. Filiae

S P O N S Æ.

**Q**uem viduum quondam fecit sors aspera tristem,  
Illius instaurat virgo pudica torum.

Fausto conveniant igitur nunc omine, quorum

Legitimo Christus foedere corda ligat.

Hinc te, Sponse Chori decus alloquor : abjice luctum

Nunc omnem veniat cum Neonympha tibi.

Nescia virtutis non est ea, fama decusq;

Non latet, in patrio splendet & illa solo.

Hanc igitur Neonymphe tuam complectere sponsam

Quo fas & par est ritè favore novam.

Illius esto memor semper dum spiritus artus

Incolit, ac flatus vitaq; donec in est.

Tu quoq; Sponsa novum constanti corde maritum

Dilige, semper erit sic sine labe torus.

Deniq; vos author thalami benedicat amantes,

Et foveat donec Christus ad astra vehat.

Ἐπιθαλάμιον.

**N**upta Dei donum est, vivat ne comparis expers,  
Quæ caro de carne est juncta virago viro.  
Majus in orbe bonum non est quam fœmina cõpar,  
Sed, nisi qui pius est, non datur illa viro.  
At data erat talis tibi quondam cœlitus uxor,  
Inq; tui venit solius illa fidem :  
Dum pietas tibi erat curæ, Collega, putabas  
Legibus & Mystam vivere posse tori.  
Sed quando fuerit visum, per fata reposcit,  
Quam dederat, sociam, qui regit astra, Deus.  
Tandem aliã reddit sociam: Tu agnosce datorem  
Et cognosce datam, votaq; nosce mea:  
Conjugium sit tale tuum, sibi quale vovebit  
Qui volet ex voto vivere conjugium.  
Vivite concordēs, concordia maxima dos est,  
Accrescit concors pace vigetq; domus.  
Multa loquor paucis, felices vivite certò,  
Hæc summum tangant vota precesq; tuum.

*M. Wilhelmus Wehlerus W.  
Aul. & Eccles. Stolbergens.  
à Concionibus.*

Ad

Ad  
Dn. COMPATREM VVICHMANNUM,  
iterum Sponsum :

**B**lnos decerpsti flores : cui GRATA nomen  
Alter ; VERONICÆ flosculus alter erat.  
Suavius ex istis sed uter spiravit odorem ?  
Flos, puto, VERONICÆ. Floreat ergo diu !

Germanicè:

**Z**hr habe/Gesatter/nun zwey Blümlein abgebrochen/  
Gotts Bnad/und Ehrenpreis/welchs hat vffs best gero-  
Vieleicht Veronica, der Ehrenpreis genant/ (chen?  
Drumb geb G S T T/daß diß Kraut lang grünen mög im  
(Land!

Fridericus Wackerus, M.  
Past. & Rect. Monast.  
Jlfeld.



**C**onjugis amissæ planxisti funera primæ,  
Nunc iterum repetis foedera Conjugii.  
Scilicet hæc facies mundi est, sic vivitur, ut sit  
Hic hilaris subitò, qui modò tristis erat.  
Permuitis alii, paucis tibi, amorì *grator*  
Adjiciat vestro ut commoda larga Deus.

M. Arnoldus Zeisfuchs/  
Archidiaconus Stolb.

VOTUM

Pro novis Nuptis

*VIRO Reverendo & Doctissimo*

**Dn. ANDREA WICHMANNNO**

*Ecclesiae Stolbergensi,*

*Et lectissimâ Virgine,*

**VERONICA,**

*Prudentissimi Viri,*

**Dn. CHILIANI WEBERI,**

*Senatoris Stolbergici, Filia &c.*

**T**extor *WICHMANNVS* sociam sibi quarit & unit  
Textricem, tela quò mage pergat opus.

Quis Textor *WICHMANNVS*? ais. sacer ille Magister  
Textus quem verbi pagina certa regit.

Novi. Fœmellas sed talem necdere textum,  
Solvere vel, magni Lex vetat ipsa Dei.

Sacrum *WICHMANNVS* textum sibi ritè reservat,  
Texturamq; sua dividit ecce, domus,

Dat socia partem, partem sibi sumit, a vetq;  
Absolvi telam sic ratione pari.

Sat dictum, sapio. nequeo culpare, sed opto,  
Auctet communem Textor uterq; domum!

Urgeat *ANDREAS* nomen *WICHMANNVS* utrumq;!  
Sit matronali Sponsa *VERENA* modo!

Stamen det Sponsus, subtegmen Sponsa: sequatur  
Telam. tela, Deo dante, sequantur opes!

Addo: manu tractent concordia fila, diuq;  
Vitali filo parcere Parca velit!

Ex sinceritate affectus F.


*M. Nicolaus Gothus, Pastor Vfftrung.*

AD SPONSVM.

QVI, WICHMANNE, potes rerum cognoscere causas  
Dum Musæ studiis Te erudiere suis?  
Dic agè, cur Sponsus, semel est cum captus amore,  
Virginis accedat limina sæpè suæ?  
Parcius illa tamen quamvis sit ritè vocata,  
Ad Sponsi cupiat tecta venire sui?  
Causa subest, inquis: *Costam vir scilicet olim  
Surreptam rursus querit habere suam.*

*Gratulabundus ludebat*

Joannes Papenius  
Pastor Neopolit.



VOTUM NUPTIALE.

CONJVGIVM primus qui Rerum condidit Autor,  
Ille ornet presens hoc, peto, Conjugium.  
Hoc Duce servantur per mille pericula cuncti,  
Queis cura est castus legitimusq; thorus.  
O sacer & felix vita status, auspice Christo  
Inceptus. Non res gratior ulla Deo,  
Quam si concordì jungantur fœdere lecti,  
Legitima flamma quos pius Ardor habet.  
Munere te Sponse hoc Christus, quia diligit, ornat,  
Te simul optato ~~est~~ & auxilio.

Est

Est etenim aeterno Patri gratissimus hortus  
CONJUGIVM; plantas fertq; feretq; suas.  
Illius ergo tuis, precor, adsit Gratia tadis  
Qua sine nil felix nil solet esse ratum.  
Turturis amborum jungat concordia mentes,  
Ne vestrum turbent iurgia lava thorum;  
Bellam vos faciat DOMINUS quoq; prole parentes,  
Exornans tali munere sapem domum.  
Curaq; sit vobis pietas prima, ultima Cura,  
Quod pietate caret, prosperitate caret.  
Ipse Deus triplici simplex in NUMINE NUMEN,  
Qui fovet & servat quicquid hic orbis habet:  
Dextera fata ferat, thalami & pia caepa secundet  
Attribuens pacis munera lata bona.  
Arceat omne malum, mala Daemonis ausa repellat,  
Vestraq; divino Numine facta regat.  
Vive, vale, pie Sponse diu, donumq; pusillum  
Mente boni placidam consule, vive, vale.

Joannes Jacobi Pastor in  
Wolffsberg & Breitenbach  
αὐτοχρησὶς F.

VERONICA,

ἀναζαμμ:

VENICARO,

CANEVIRO,

Eu- |



**E**uge! Veni Caro cara Tuæ Veronica Carni, *Matth. 19.*  
Et Cane non-duro cantica dura Viro.

*Germanicè :*

**W**ilher mein Fleisch Veronica,  
Ihr solt nun seyn Charissima,  
Mir Andres Wichman Capellan/  
Ich wil euch seyn ein lieber Mann/  
Drumb singt mir lieblich auß B moll/  
Vnd mache vnser Herz Freuden voll.

*O. N. F.*

**J**am Domino prestans divinâ fronte puella  
Veronica Confratri ducitur in thalamum  
Sic est, si mutes, sed è est mutatio grata  
Altera pro primâ Conjuge costa datur.  
Ergò precor, prohibe stygium, Deus alme draconem  
Ac lites ab eo noxia quæq; procul:  
Vt mas cum Sponsâ sit amore & pace ligatus  
Conjungens vitam, facta, levamen, opes.

*Gen. 4, & 25.  
Jobi 42.  
Ruth. 4.  
Tob. 3, 6, 8.  
& seq.  
1. Sam. 18.  
Psalm. 91.  
Tob. 10.  
Coll. 3.  
1. Timoth. 1.  
1. Petr. 3.  
Proverb. 31.*

Honoris & amoris ergò  
obtulit

Joannes Fabrenbruch  
Pastor Sittend.

*Non*

**N**on fuit à prima surgentis origine vite  
Vlla dies, immò tristior hora fuit.  
Quam tibi tempus erat, tua quo carissima Coniugis  
Diceret extremum voce gemente, Vale.  
Hinc lecto in viduo satis aspera multa tulisti,  
Carmine qua nemo commemorare potest.  
Sed tibi nunc rediit fors & lux optima, qua te  
Optime, formosa virgine, Sponse, beat.  
Hac tristes nebulas, ceu flamina seua fugabit,  
Atq; ori tristi basia lata dabit.  
Et si forte tibi reboat fortuna procellis,  
Hac, tibi quam socias, afferet uxor opem.  
Hac tua nomen & omen habens VERONICA, cordi  
Sapius agroto fit medicina levans.  
Et cum tempus abit, reliquas ut carmine dotes  
Dicere non possim, queis Sponsa cluit.  
His brevibus tadas vestras exorno, tuisq;  
Captis ex animo prospera quaq; precor.  
Ut tu Sponse, tuam lectam, lectissime, Sponsam  
Accipias letus, quam tibi Jova dedit,  
Et vestro in thalamo pax & benedictio diva  
Sit semper, vestrum mutus & sit amor.  
Sic erit à prima surgentis origine vite  
Nulla dies, immò latior hora tibi.

ουυχαιων  
deproperabat

Johan. Heffetius.

Dum

**D**um datur Andreae Wichman Veronica nostra,  
Fundimus ex animo vota precesq; pio.  
Det Deus in vitâ NEONYMPHIS Cottidianum  
Panem, post vitam gaudia perpetua.

**Auff Teutsch :**

**H**errn Andres Wichman wird vertraut  
Unser Schwester zu einer Braut.  
Dumb wünschen wir aus Herzen grund  
Braut und Bräutigam zu aller Stund/  
Gott wöll ih'n geb'n das täglich Brodt/  
Und was sie dürffen zur Leibes Noth.  
Er geb Ih'n auch nach dieser Zeit/  
Die ewig Freud und Seligkeit.

*Matthaus & Andreas Weber  
Sponsa Frat.*




X 2389360

Kapsel 7814 482 (13)



1077



UPTIALE,  
 i ac Doctissimi Viri,  
**VVICHMANNI,**  
 gens. SPONSI,  
 a Virginis  
**N I C Æ,**  
 ssimi Viri,  
**N I V V E B E R I,**  
 is Stolbergens. Filia  
**N S Æ.**  
*fecit fors aspera tristem,*  
*pudica torum.*  
*omine, quorum*  
*corda ligat.*  
*loquor : abjice luctum*  
*Neonympha tibi.*  
*na decusq;*  
*det & illa solo.*  
*a complectere sponsam*  
*avore novam.*  
*spiritus artus*  
*donec in est.*  
*stanti corde maritum*  
*ne labe torus.*  
*benedicat amantes,*  
*o ad astra vehat.*

Fridericus ab Alder F.